uo illa uita aplecti debuisti. Ubi
uita sine morte. ubi uiuent sine sen
tute. lux sine tenebris. gaudium sine
tristicia. pax sine discordia. Voluntas si
ne iniuria. regnum sine commutatione. Aug.
Id quod promittit deus fide non capi. spe
non attingi. caritate non apprehendi.
desideria et uota transcendit. Acquiri potest.
estimari non potest. ¶ Ubi secundum Aug. car
mina non desunt. premia non deficiunt.
Ibi nil quod ametur deerit. Ibi nil deside
tur quod non assit. Illa beatitudo secundum
Aug. in duobus consistit. scilicet in uice pre
sentia omnis boni. et uice absencia om
nis mali. De ista gloria sic loquitur Aug. Qui
ta uitalis dulcis et amabilis. et semper
memorialis. Ubi summa securitas. secura
tranquillitas. tranquilla iocunditas.
iocunda felicitas. felix eternitas eterna
beatitudo. et beata tunc sine fine uisio atque
laudatio dei. In effluentia diuiciarum in
fluencia deliciarum. et confluencia honorum.
¶ Denique de gaudiis celestibus sic
dicit Versus. Nos cognoscendo dotatur atque
fruendo. Est subtile citum clarum corpus
paciens nil. Corpa sanctorum cita libera
forcia sana. Pulchra uoluptatis
plena sed absque pati. Sensus amicicia
concordia plena potestas. Pax securitas de
cus et gaudia sunt animabus. Gaudet
pax reges lib. secura uirtutis. Non
peccat sapiens. sanus dulces redolens
laus. Aureolam martyr doctor uirgo
que meretur. Fructus centenus sexa
genusque tricenus. Virginibus uiduis
et coniugibus tribuetur. ¶ Ex omnibus
premissis collige quedam spectare gau
dia solam ad animam quedam ad cor
pus quedam ad coniunctum. Que tamen felici si
ne fine beatus homo in uita recipiet sine
fine. Explicit liber compendium the
ologice ueritatis.

Contra illos qui in dictis malis corrigi nolunt
Aug. ad marcellinum. Ego fateor me
ex eorum numero esse. qui proficiendo scribunt
et scribendo proficiunt. Unde si aliquid uel incaute
uel indocte positum est. quod non solum ab aliis
qui uidere id possunt merito reprehendatur.
uerum etiam a me ipso. quia et ego saltem postea ui
dere debeo si proficio. Neque mirandum est nec dolen
dum sed potius ignoscendum atque gratulandum. quia
erratum est. sed quia improbatum. Nam nimis per
uerse seipsum amat. qui et alios uult errare.
ut error suus lateat. quanto enim melius et uti
lius ut ubi ipse errauit. alii non errent. quorum
admonitu errorem careat. quod si noluit.
saltem comites erroris non habeat. Si enim
mihi dominus quod uolo prestiterit ut omnium li
brorum meorum quecumque in recusatione displicent
opere aliquo ad hoc ipsum instituto colligam
atque demonstrem. tunc uidebunt homines
quod non sim acceptor mee persone. et legerunt
idem Tullium maximum auctorem roma
ni eloquii qui nullum uerbum emisit
quod ipse reuocare uellet emisit. quem de
laus quamuis preclarissima uideatur esse tamen
credibilior est de nimium fatuo. quam de
sapiente perfecto. nam et illi quos uulgus mono
nos uocant. quanto magis a sensu disso
nant magis quia absurdi et insulsi sunt. quia
dicant mali aut stulti penitere uerique ordia
tor est. Hec potius de hominibus qui spiritu sancto
acti locuti sunt. quam de illo quem sic Ci
cero laudat. saluberrima pietate cre
dendum est.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

TIFFEN Color Control Patches
© The Tiffen Company, 2007
Inches
Centimetres
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black
TIFFEN Gray Scale
A
R
G
B
M
W
G
K
C
Y
B
M
© The Tiffen Company, 2007